

# N O R T H - H U M B E R - L A N D

371

*cœlesia, nullum altare in tota gente erectum est, priusquam  
hoc sacræ crucis vexillum novus militiae eductor dictante  
fidei devotione contra hostem immaniſsimum pugnaturus  
statueret. Cum enim opem Christi, quam im-  
plorarat, hoc in prælio præsentem sensisset Os-  
waldus, protinus Christo nomen dedit, Aidanum  
Scotum ad suos Christiana religione imbuendos  
evocavit, & ipsum victoriae locum hearenfiel, id est, *Campus cœlestis*, vocarunt posteri, qui hodie  
eodem sensu (ut aliqui volunt) Haledon appellatur.  
De quo ecce tibi qualescunque ex Oswaldii  
Vita versiculos:*

Tunc primum scivit causam cur nomen haberet  
Heafenfeld, hoc est cœlestis Campus, & illi  
Nomen ab antiquo dedit appellatio gentis  
Præterita, tanquam belli præsaga futuri:  
Nominis & causam mox assignavit ibidem  
Cœlitus expugnans cœlestis turbæ scelestam.  
Neve senectutis ignavia posset honorem  
Tam celebris delere loci, tantique triumphi,  
Ecclesiae fratres Hangustaldensis adesse  
Devoti, Christumque solent celebrare quotannis.  
Quoque loci persistat honos in honore beati  
Oswaldi Regis, ibi construxere Capellam.

Alterque in ejus laudem indocto seculo non  
indocte scripsit,

*Quis fuit Alcides? quis Cæsar Iulius? aut quis  
Magnus Alexander? Alcides se superasse  
Fertur. Alexander mundum, sed Iulius hostem:  
Se simul Oswaldus, & mundum vicit, & hostem.*

Infra S. Oswaldes uterque Tina confluit, cum Australis Tina (qui gradum quasi cum Muro unius, & alterius milliaris intervallo confert) Langley castrum præterierit ubi olim sub Rege Ioanne Adam de Tindale suam habuit Baroniam, quæ postea devenit ad Nicolaum de Bolteby, nuperque fuit Perciorum, & ad Aidon pontem ligneum nunc male firmum, & nutantem subierit. Iam Tina auctus, subindeque auctior, uno alveo urget ad Oceanum iter, per Hexham, Bedæ Hangustald, Saxonice hextoldesham, quod Romano sæculo A X E L O D V N V M fuisse, ubi Cohors prima Hispanorum stationem habuit, nomen persuadet, & situs editior in colle (collem enim Dunum dixerunt Britanni.) Verum de hoc audi qui ante quingentes annos floruit Richardum Priorum

ante quingentos annos floruit Richardum Priorem hujus loci, Haud procul à flumine Tina, ad Austrum sita est villa nunc quidem modica & raro cultore habitata, sed ut antiquitatis vestigia testantur, quondam ampla & magnifica. Hac ex rivulo decurrente & quandoque ad modum torrentis exuberante Hextold nomine, Hextoldesham, nominatur. Quam Etheldreda Egfridi Regis uxor dedit S. Wilfrido anno DCLXXV, ut episcopali cathedra sublimaret, qui ibi construxit Ecclesiam quæ artificiosa compositione & eximia pulchritudine inter omnia Anglia monasteria præcellebat. Habe etiam quæ scripsit Malmesburiensis. Hac fisco regio famulabatur quum VVilfridus Episcopus ab Etheldreda regina pro aliis possessionibus commutarit. Ibi ædicia minaci altitudine murorum erecta, & diversis anfractibus per cochleas mirabile quantum expolivit cementariorum opera, quos Roma spes munificentiae attraxerat, adeo ut ambitionem Romanam præ se ferrent, diuque vetustate luctata consisterent. Quo tempore Episcopalem sedem hac in urbecula constituit rex Egfridus. Sed dignitas illa post octavum Episcopum, intonanti-

bus Danicis bellis, tota evanuit. Deinceps vero tantum Archiepiscoporum Eboracensium villa habebatur ante commutationem cum Henrico Octavo factam, quo suo jure cesserunt, celebraturque prælio illo funesto quo Ioannes Nevill Dominus Montis - acuti Lancastrenses duces magno animo aggressus, majori successu fudit, & ideo ab Edwardo Quarto Comitis Northumbriæ titulo decoratus. Nunc vero tota ejus gloria est in monasterio illo antiquo, cuius pars in pulchras I. Fosteri Militis ædes est converfa. Ecclesia vero occidentali parte tantum demolita, stat integra, & magnifica sane est structura, in cuius choro cernitur tumulus antiquus nobilis ex familia illa bellicosa Umfranvillorum, ut ex clypeo appareat, tibiis in crucem decussatis. Qua forma eo seculo tantum sepulti erant illi (ut obiter notem) qui Crucem susceperunt, & cruce signati fuerunt in bellum sacrum ad terram sanctam à Mahometanis recuperandam. Ad Orientalem etiam Ecclesiæ partem in collis supercilio duo eriguntur è saxo solido & quadrato firmissima propugnacula, quæ ad Archiepiscopum Eboracensem, ut accepi, spectant.

Hinc ad Orientem Solem Dilston sedem Rat- Dilston.  
cliforum pervenimus, Divelston in antiquis libris

*cujus pervenimus; Divisio in antiquis libris  
dicitur, à rivulo Tinam influente, quem Beda De-  
vilesburnam dixit, ubi (ut scribit ille) Oswaldus fi-  
de Christi munitus Cedwallam Britannum infan-  
dum tyrannum, qui jam duos Nordanhumbro-  
rum Reges occidisset, regionemque effuse va-  
stasset, iusto prælio peremisit. Ad alteram Tine*

italiæ, juxto prælio pereimit. Ad alteram *Tinæ Curia*,  
ripam C V R I A Ottadinorum jacet, cuius memi-  
nit Ptolemæus, C O R S T O P I T V M Antonini ex  
distantiæ ratione videatur, hodie à ponte *Cor-*  
*bridge*, Hovedeno *Corobridge*, Huntingdonensi *Cu-*  
*re*. Ecclesiam nunc tantum ostendit, & juxta Corbri-  
dæ.  
turriculam ab Ecclesiæ vicariis constructam &  
habitatam. Antiqui tamen operis supersunt re-  
liquiæ non paucæ, inter quas defossum antiquo-  
rum thesaurum quæsivit Rex Ioannes : sed illu-  
sit illi fortuna per sui ipsius vanitatem, non mi-  
nus quam olim Neroni illusérat, cum abditas  
Didonis opes Carthagini investigaret. Præter  
kerides atque fons, &c. l. l. f.

lapides etenim ære, ferro, & plumbo signatos nihil invenit. Rudetum vero quod adjacet & Colecester dicitur, Romanorum militum fuisse præsidium, qui viderit, facile dixerit. Eadem de- Coleces-  
ter.

inde ripa Biwell castrum elegans vidimus , quæ  
fuit regnante Ioanne Baronia Hugonis Balliol , pro  
qua debuit ad VVardam Novi Castelli super Tinam Mili-  
tes triginta . Sub hoc \* moles est pulcherrima ad  
Salmonum capturam . & duæ ex saxo firmissimo

Sannionum capti ram, & duæ ex lato mitemmo  
solidæ sublicæ positæ, quæ pontem olim suppor-  
tarunt, in flumine medio eminent. Hinc Prud-  
how castrum, quod antiquis etiam libris Prod-  
how scribitur, collis dorso amœno situ impositum

*Tina subterlabens suspicit. Hanc PROTOLITIAM, (quæ & PROCOLITIA) Cohortis primæ Batavorum stationem fuisse tantisper suspicit.*

cabor, donec dies certiora doceat. Celebre vero est, quod Henrici Secundi tempore Guilielmi Scotorum Regis obsidionem fortiter elufit, *cum casso & suis noxiis labore* (ut habet Nubrigensis) *subdasset.* Postea ad *Vmfranvillo*s magni nominis viros spectavit, è quibus Gilbertus, regnante Ed- Vmfran-  
villi.